

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Magister.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

vel affines cōmittitur, ysque ad quartum gradum inclusuē. Stuprum, quando fit cum ea, quā est in patris potestate: quā si violenter corrumpatur, dicitur raptus. Contra naturam dicitur, quando taliter fit, quod nō potest sequi generatio. Sacrilegium autē reductetur vel ad adulterium, vel ad aliam speciem, secundum diuersum modum, quo exercetur: infra, Rapi-
da, §. 4.

SVITI M contra naturam, licei sit vna species luxurie, secundum Tho. supradicti, a. 11, multis tamē modis exercetur: vel quando procuratur pollutio causa delectationis sive aliquo con cubitu, & dicitur immundities, vel pollutionis vel fit per cōcubitum ad tempore eiusdem speciei, & dicitur bestialitas, de qua supradicta, ver. bestialitas, vel per concubitum ad tempore eiusdem speciei, sed non secundum debitum sexum: ut cum masculus cum masculo, vel feminina cum feminina coit, quod peccatum dicitur Sodomia: vel non seruantur debita instrumenta: ut si vir cum feminina non seruet locum debitum, sed ad alium accedat, & scelus hoc uomen proprium non habet: vel accedit ad locum naturalem debitum, sed modo indebito: ut si mulier supergrediatur virum, vel huiusmodi, nec hoc habet nomen proprium. Omnia prae dicta semper sunt mortalia, exceptio ultima, quod etiam est mortale, si aliter fiat, quod non possit sequi generatio, vel sit periculum de effusione seminis extra vas. Et quicunque propter effaniam concupiscentiam exponit se huic periculo aduententer, mortaliter peccat.

Et not, quod quando unus seminat, alio non feminante, intendens vitare generationem, vel voluntariē extra feminat, est peccatum contra naturam. De huiusmodi oportet considerari specificē, & de cogitationibus, ac actibus, qui in eadem specie sunt, cum ad eundem finem ordinentur. De cogitationibus, tactibus, osculis, vide in locis suis, supra, & infra. Not, etiam secundum Th. supradicti, quod si vir cognoscatur, & secat vxorem suam extra vas debitum, non dicitur Sodomia, sed species innominata, ut supradictum. Sit igitur diligens confessor, dum circa hoc peccatum interrogat, ut tangat species, non autem alius actus, & modos singulares descendat.

MAGISTER.

MA G I S T R I communiter peccant in tribus. Primo, circa doctrinam, docendo noxia animq; suis contra fidem, sine contra bonos mores, directe, vel indirecte: ut si magnificet opiniones contrarias, & parvipendat eam, que ad fidem pertinet. Secundo, docendo falsa pro veris ex industria, & sic nocuūm ēfertur bono intellectui: qui idēo mortaliter peccant. Tercio, non faciunt ex propōsito, nisi ex hoc sequeatur magnum damnum peccato, ex incuria, vel temeritate doctoris. Tertiō, quando negligunt studere, ut bene doceant. Quartō, quando nō volunt docere aliquid pulchrum pudentem ex inuidia. Quinto, quando alios damnificant doctores, vel iniurias irrogant, ab eis deviādo auditores, in damnum etiam auditorum: idēo mortale est, & contra charitatem: ex doctrina Cate in summa, verbi, magistrorum peccata.

CIRCA mores etiam peccant, si non corrugant corrigēdos, vel in correctione exceedunt, si fouent, vel iniuriant ad turpia, vel ludos. Graue enim est peccatum hoc propter adolescentes, qui male imbuntur. Quod autem ad lucrum peccant, exigēdo ultia debitum, vel à quibus non debent. Ca ieta, supra.

QUALIS debet esse magister, vide c. de magist. & secundum Pan. ibi. debet habere 5. qualitates. Primo, petitiam docendi. Secundo, facultatem interpretandi. Quartō, copiam differendi. Quinto, approbatus ab habente potestatem.

RE LIGIOSVS de licentia sui superioris potest assumi ad magisterium, per cap. doctos. &c. moderamine. 16.

D 2 quest.



MALEDICTIO. MALEFICIVM.

quaꝝ. i. Quomodo magister debeat, & possit aliquid petere pro licetia do-
endi, vel a scholaribus, vide multa
capitula de magist. Et quomodo simo-
nia committatur, dando aliquid, vel
recipiendo pro huiusmodi: infra, si-
monia, circa principium. Non est si-
monia quando exigitur secundū con-
suetudinem, non vt pretium spiritua-
lis rei Tho. secunda secundꝝ. q. 100. at.
2. ad. 4.

M A G I S T E R sententiarū in mul-
tis errauit, & primū in hoc, quod di-
cit, quod charitas, qua diligimus Deū
& proximum, non est habitus crea-
tus. i. sen. d. 17. Quod termini nume-
rales, & trinus, unus, & huiusmodi,
non dicunt positionem, sed priuati-
onem. i. sen. d. 24. Quod similitudo, &
æqualitas in diuinis nihil ponunt. i.
sent. d. 31. Quod præmium in Ange-
lis præcessit metitum 2. sentent. d. 5.
Quod nihil de cibis transit in virtu-
tem humanæ naturæ. 2. sentent. dist.
30. Quod semen est de substantia pa-
tris ead. dist. Quod anima humana
separata à corpore, est persona. 3. sent.
distinct. 5. Quod Christus in triduo
sue mortis fuit homo. 2. senten. distin.
20. Quod sacramenta veteris legis
nullo modō iustificabant, etiam ex
charitate facta. 4. senten. dist. 1. Quod
baptizari baptismo loan. non ponen-
tes in eo spem, non rebaptizabantur.
4. sentent. dist. 2. Quod Deus potuit
communicare creaturæ potentiam
creatiuum. 4. senten. dist. 5. Quod hæ-
retici præcisi, suspensi, schismatici, &
degradati consecrare non possunt. 4.
sententiar. dist. 13. Quod maritus ali-
euus sponsæ, per consensum de præ-
sent, quam tamen non cognovit, bi-
gamus vocatur, & ad sacros ordines
promoueri non potest. 4. sentent. dist.
27. Quod cognoscens sororem spon-
sæ legitimæ, postremò non potest vxo-
ri debitum reddere. 4. senten. distinct.
34. De huiusmodi erroribus vide in
proprijs locis quid declareret Thom.
Hæc loca in quibus magister errauit,
collegit Archidiac. Flotent. 3. part. tit.
3. cap. 8.

MALEDICTIO.

M A L E D I C T I O, qua quis impi-
catur alicui cum desiderio ali-
quod malum (vt puta) mortem, infi-
mam, infirmitatem, & huiusmodi: &
non sub ratione boni, honesti, aut vi-
lis, vt pro eius correctione, vel vili-
te reipublice, sed non curando de hu-
iusmodi, ex suo genere mortale est, &
deliberato animo fiat, & aduentient
quia opponitur charitati proximo-
rum, quos amare, & desiderare eis do-
num, tenemur. Si autem creaturæ ira-
tionabiles simpliciter absque aliena-
tione maledicantur, verbum est otio
sum: sed vt relata ad Deum, vel virbo
na hominis, sic peccatum mortale est
perinde ac si homini, vel Deo maledi-
ceretur. Si vero maledicantur relat-
ad aliquod malum, sicut lob maledici-
diei suæ, sic non est peccatum. Cdm
autem huiusmodi maledictiones fiat
verbo, sed nō animo nocendi, vel pa-
rui nocumenti, velex animi surrepti-
ne, peccatum veniale est, ex imperfec-
tione actus: nisi in illo parvo tempore, &
in illa subita passione iræ esset determi-
natus consensus: quia tunc non eva-
retur mortale: secundum Caietanum
in summa. eod titu. quamvis trahâda
ita nollet tale malum. Conformat
Sanct. Tho. secunda secundꝝ. q. 79. at.
3. De maledictione, qua quis maledicit
de proximo cum denigrando famam
suprà. Detracatio, per totum maledic-
te secundum leminus peccatum est de-
tractione susurratione, & contumelie
quia malū peccatum minus est malo cul-
pæ: Tho. ibi suprà, at. vlt.

MALEFICIVM.

M A L E F I C I V M, quo quis no-
cet per dæmonum inuocatio-
nē, impediendo vsum matrimoni, fa-
scinando pueros, & huiusmodi, mor-
tale est dupliciter: utrum quia nocuera-
tur proximo infert, tum quia dæmo-
ni ibi inuocatur, quod sine mortali fieri
non potest. suprà, Inuocatio per totū.
Et ad maleficium ducitur omnis in-
cantatio, &c.

² N e c licet maleficiūm alio maleficiūm

